



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo

Bynaeus, Anthony

Dordraci, 1682

Alia MatthVum cum Marco conciliandi ratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12835

154 De CALCEIS HEBRAOR.

& σανδάλιον discrimen agnoscamus, tamen cum Matthæo non pugnabit Marcus. Nullam aliam esse rationem conciliandi cum Matthæo Marcum pronuntiat quidem Salmasius ὁ πάπυ, id vero aliter esse nos putamus. Noluisse Christum, cum mitteret discipulos ad prædicandum Euangelium, susceptæ legationis ergo vel tantillum esse sollicitiores, manifestum est. Hinc jubet, ut enque peram, neque binas tunicas, neque calceos, neque baculos sumant. Solitos veteres, cum aliquo profecturi essent, secum sumere χτενῶντας & ἀλασσοφύνας, ut in itinere mutarent, monuit vir summus Daniel Heinlius, atque etiam pauperculos à ditioribus accipere solitos, qui ἀλακτόντας & ἀλασσοφύνας, præsertim in itinere, habebant. Idem notavit vir illustris Hugo Grotius, qui etiam, quia iter facientibus soleæ atterebantur, neque raro fiebat ut baculus frangeretur, in sarcinulis solitos ponere veteres, alias soleas aliosque baculos, observavit. His omnibus Christus vult abstinere discipulos, reperturos &

vi-

Heins.
Exerc. S.
ad Matth.
10. 10.

Grot. ad
Matth.
10. 10.

viectui & itineri necessaria. Unde
videre est, non ὑποδήματα, sed σόσια
ὑποδήματα apud Matthæum discipu-
lis interdici. Etenim uti Christus
σόσια χιτώνας, ita σόσια ὑποδήματα, & σόσια
ῥάβδος prohibet. Hæc enim om-
nia à voce σόσια pendent. Uti nec
tunicas binas, ita nec duos calceos,
nec duos baculos voluit Christus
eos in sarcinulis secum sumere.
Atque hic non possum dissimula-
re, semper mihi visum esse male-
in vulgatis Matthæi codicibus
ῥάβδον legi, & restituendam esse
priscam lectionem ράβδον. Equi-
dem scio jam olim Syrum & La-
tinum interpretem ράβδον legisse.
Antiquum enim est hoc mendum,
ex eo natum, quod ράβδον ἐπεργία,
quam quem manu gerebant, etiam
in sarcinulis habuisse veteres non
animadverterunt. ράβδος tamen ha-
bet editio Francofurtensis, quæ
apud Andreæ Wecheli hæredes,
anno superioris seculi xcvi, pre-
diit, una cum variantibus veterum
codicum lectionibus. Atque ad
eam vocem hæc nota legitur.
ῥάβδος, est in Complut. Reg. 5. &
aliis 4. Utique hæc verissima.

G 6 . . . mihi